

absoluat. Si vero nō sit excoica-
tus sed habet aliquos casus vlt
peccata superiori reseruata. tūc
fm tho. 7 duran. in sum. debet
eū absoluerē ab his a quib⁹ po-
test. Deinde remittere eum ad
superiorē de residuo absoluēdū
informādo penitētē q̄ illa pec-
cata a quib⁹ ipse nō potuit eum
absoluerē confiteat ep̄o vel ei⁹
vicario 7 faciat se ab eis absol-
ui nec p hoc dicat p̄fessio diuisa
q̄ integre confitet primo et ab-
soluens secundo p̄firmat 7 p̄fici-
cit qd̄ inceptum erat vel si cons-
fessus persona simplex fuerit va-
dat ipse p̄fessor si potest ad ep̄m
auctoritate obtinenda. Aut si
p̄nitentem mittit de eius licen-
tia illa peccata in cedula quā ip-
semet penitēs portet ep̄o vel ei⁹
vicario scribat sb̄ hac forma vlt
simili videlicet. **Q**uorū vel latris-
cē p̄sentū p homicidio vlt ince-
stu in tali cōmissio abso uēs-
dū p̄nitenti v̄re trāsmitto vt be-
neficiū absolutōis impendendo
7 salutarē penitētiā inuigendo
ip̄m sancte ecclie recōciliet. **E**t
p̄fessor cautū ip̄m reddat ne illā
cedulā alteri legendā tradat. Et
si ep̄s remittat eū ad p̄fessorem
ip̄i⁹ auctoritate absoluendū. tūc
absoluat eū integre ab om̄nibus
peccatis imponēdo illi penitētiā
solū p illo peccato p quo p̄i⁹ nō
ip̄osuerat. **E**t ille si nō hz casus
reseruatus vel etiā si habet 7 ip-

se p̄fessor ab om̄ib⁹ absoluerē p̄t
libere absoluat eū mō. i. scripto
De forma absolutōis a p̄ctis.
Quia absolutōes p̄si-
derāda est forma de-
bita vel p̄pria 7 cō-
pletua vbi nota q̄
sicut qd̄libet sacramētū habz
suā p̄prias formā ita etiā sacra-
mentū penitētiē q̄ est ista. **E**go
te absoluo 7 ip̄ortat ego te ab-
soluo. i. sacramētū vel ministe-
riū absolutōis tibi impendo
vel p̄fero. nō aut̄ importat vt q̄
daz dicūt 7 male. **E**go te absol-
uo. i. absolutū te or̄do q̄ sequet̄
ret̄ ex hoc q̄ in sacramētis no-
ue legis nō esset nisi ostensio vlt
significatio qd̄ est falsus eo q̄ sa-
cramēta noue legis nō solū figu-
rant 7 significant sicut sacramē-
ta legis veteris sed etiā effi-
ciunt quod figurant. **U**nde sa-
cerdos virtute clauium absol-
uit a culpa mortali nō p̄ncipa-
liter sed vt instrumentus dispo-
nens ad infusionem gratie tan-
tum p̄r quā fit remissio culpe.
Absoluit etiā a pena nō eter-
nali que cum sit infinita 7 in-
parabilis a culpa nō p̄t remitti
nisi a virtute seu potētia infinis-
ta 7 ab eo a quo remittit̄ culpa
sed a tp̄ali sic. **Q**uā cū in p̄trito-
pe pena eterna cōmutet̄ in tp̄ales
hic vel in purgatorio soluendaz
de illa pena temporali cuius ho-
mo debitor remanet hic vel in

n. ij.